



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

A Cœli Caduceatore ejus nunciatur Adventus. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

*Esaie cap. 33.*

*Psal. 109. v. 1.*

*Speculum sine ma-  
culâ, & imago boni-  
tatis illius. Sap. 7.*

*Arius enim Verbum  
creaturam dicebat.  
Hæretici Gramma-  
tici.  
Non enim procedit  
per se ex cognitione  
contingentium.*

*Mensis & brachium Domini,  
Cum omne in illo sit robur A' dextris est,*

*Sui Speculator & Speculum  
Radios, dum accipit, reddens,*

*Non minus ideo Patte contentus,  
Quia avidus Matriis,*

*Quam nascendo non potuit,  
Renascendo quæsivit.*

*Apage hinc, Ari, cum tuis;  
Grammaticus enim ut sis,*

*Hoc nimis Anomalum Verbum est.  
Omni Præsens & Infinitum in tempore.*

*Cum nullis regatur Casibus  
Nullius esse ordinis potest*

## ELOGIUM II.

### A' COELI CADUCEATORE EJUS NUNCIATUR ADVENTUS.

*Tempus quo solent  
Reges ad bella proce-  
dere, vernum est.*

*Conceptio Christi die  
25. Martii ex tradi-  
tione Ecclesiae.*

*Aprilem memorant  
ab aperio tempore  
dictum.*

*Virga Iesse Maria  
cum ceteris virgultis  
in vere floruit.*

*Peperit enim Christum  
die 25. Decembris.*

*Dies conceptionis  
Christi circa Equi-  
noctium vernum.*

*Veritas è terra orta  
est, & justitia de caelo  
prospexit. Ps. 84.*

*Gabriel interpretatur  
Fortitudo Dei.*

*Fortitudinis autem  
est, ex umbris ultra se  
objicere.*

*Capacitas patientiæ  
non aliud quam  
humanitas.*

*Luc. cap. 1.*

*Mensis idem & terris bellorum,  
Et Cœlo foederum est.*

*Martio nomen Martis adimite.  
Ex quo finem ejus*

*Nostræ Pacis initia consecravit.  
Deputentur Aprili dies,*

*Quibus tam ingens facta Cœlorum aperio est.  
Virga Iesse,*

*Vel in Miraculis Naturam observans  
Datura fructum in hyeme*

*Florem concepit in Vere.*

*Ubi facta dierum, & noctium æqualitas fuit  
In terram usque redundavit*

*Ex Cœli æquitate Justitia  
Ita diebus iisdem,*

*Et unus Sol in Ariete,  
Et aliis in Agno est.*

*Fortitudo Dei*

*Missa Deo quærere capacitatem patiendi,  
Quia ad perditos venerat,*

*Legationem incipit à Salute.*

*Plenam*

Plenam gratiâ profitetur,  
 Et adhuc in ea immensitati postulat locum;  
 Usq; adeo penetrabilis cum gratia Deus est.  
 Quanta potentia fœminæ,  
 Quæ mundum ea ipsa voce refecerit,  
 Qua olim est factus?  
 Quanta claritas,  
 Cui vel tanta lux obumbraret?  
 Prævenerat Legatum suum Deus:  
 Erat jam in Virgine Dominus,  
 In quam admitti filius postulabat.  
 Vix igitur humanissimo emissio  
 Divinissimum admissum in utero Verbum est.  
 Parendi studio merita virtutem pariendi,  
 Fœcunditatem Virginitati non prætulit,  
 Sed adjunxit.  
 Se tunc potissimum sui Dominam probans,  
 Cum Dei prædicaret ancillam,  
 Regum Regi, ut servus esse pateretur,  
 Præivit exemplo.  
 Imperata facultate mortoris lætior Deus,  
 Nostra provehens, & sua non minuens,  
 In prædio mortis æternam seminat vitam.  
 Non ideo minus Nobilis, quia Homo novus,  
 Exclusos à cœlo miserans inclusus in utero,  
 Dilatare Charitatem didicit ex angustiis.  
 Sperare Mitiorem Judicem Rei:  
 Cœpit aliquid habere, cui timeat.  
 Inhumanus esse non possit,  
 Qui tenacissimo glutino humanitati conjunctus,  
 Separabilis jam ab illa non est.

### ELOGIUM III.

#### MATRIS IN UTERO JOANNEM INVISIT.

*Luc. cap. I.*

Ubi Deum conceperis  
 In Montana abeas necesse est.  
 Altissimus pati valles non potest,

A 2

Quas

Ingressus Angelus  
 ad eam dixit, A 48  
 Gratia plena, Do-  
 minus tecum, &c.  
 Alludit ad illud.  
 Fiat, per quod facta  
 sunt omnia, & ad il-  
 lud, Fiat mihi secun-  
 dum Verbum tuum.  
 Virtus altissimi ob-  
 umbrabit tibi.  
 Ad illud, Dominus  
 tecum, benedicta  
 tu, &c.  
 Ecce ancilla Domini,  
 fiat mihi secundum  
 verbum tuum.  
 Ex Bernardo, Virgi-  
 nitatem placuit, humi-  
 litate concepit.  
 Qui imperat sibi  
 servus undequaque  
 esse non potest.  
 Exempla Maria  
 ipsum etiam ad hu-  
 militatem moverunt  
 Deum,  
 S. Leo serm. 3. de  
 Nativ.  
 Cato predium mortis,  
 in quo qui seminat,  
 metit corruptionem,  
 ex Apost. ad Gal. 6.  
 Homo novus apud  
 Latinos idem quod  
 ignobilis. Christus  
 autem dicitur homo  
 novus à Paulo. In-  
 duite novum hominem.  
 Unio hypostenacissi-  
 mur glutinum, quia  
 quod semel assump-  
 tum nunquam dimisit.  
 Ambr. lib. in Luc.  
 Quo enim Dñi plena-  
 nissimis in superiora cum  
 festinatione conten-  
 deret?